

- monio) administrandi, abusus corrigendi, etc. ad 11m affirmative.
12. an convenerit ut voluntarii brevi tempore v.g. uno, duobus aut tribus mensibus militaturi matrimonio jungantur sine speciali licentia amplissimi Domini abbatis. Ratio dubii est quod inde facile nasci valeant abusus v.g. dando nomen militiae ad breve tempus eo fine, ut jungi matrimonio valeant, aut facilius valeant, quod jam contegisse compertum est ad 12m non convenit omnino.
13. an non sit ad amplissimi Domini (sic) abbatem mittendus catalogus baptizatorum, defunctorum et matrimonio junctorum ad 13m mittendus est catalogus baptizatorum, defunctorum, matrimonio junctorum et ad fidem conversorum.
14. dum duo vel plures ejusdem legionis dantur Eleëmosynarii, cujus sit miles (sic) matrimonio jungere? ad 14m quo petitur cui competat milites matrimonio jungere quando sunt plures ejusdem regiminis eleëmosynarii, respondetur: quod competat seniori sive illi, qui diutius adfuit, qui, si sese absentare voluerit, det jurisdictionem subseniori.

Ex Actis abbatis Williboldi Held († 1789), abbatis Rothensis

Asservatur in archivo Status Monacensi documentum in quo sermo fit de actibus nonnullis abbatis Williboldi Held¹⁾, abbatis Rothensis²⁾.

¹⁾ Williboldus Held, natus 6 septembris 1724, in abbazia Rothensi professionem emisit die 15 iunii 1744. Studia ecclesiastica peregravit in universitate Diligensi; postea lector erat in sua abbazia. Abbas electus anno 1782 in sua canoniam, vicarius generalis Circariae Suevicae anno 1783 constitutus usque ad obitum suum; die 30 octobris 1789. Plura opera spiritalia et iuridica conscripsit. Cfr. L. GOOVAERTS, *Ecrivains, Artistes et Savants de l'Ordre de Prémontré*, t.I, Bruxellis, 1899, p. 369 s.; t. III 1907, p. 76.

²⁾ Abbatia Rothensis (Rot. a.d. Rot) sita erat in hodierna dioecesi Rotenburgensi. Extabat etiam abbatia O.S.B. in Roth, sita vero ad Inn, in Bavaria.

Documentum istud asservatur sub notatione archivi dicti: B 3.16. De hoc documento scripsit recenter: A. SIEGMUND, O.S.B., in *Studien und Mitteilungen zur Geschichte des Benediktiner-Ordens und seiner Zweige*, 1966, LXXVII, p. 209-214. Et quidem sub hac inscriptione: *Das Archivals KL Rott 100 im Hauptstaatsarchiv München-ein Irrläufer*. Significatio huius inscriptionis hac ratione explicatur ab ipso auctore A. Siegmund († 19 novembris 1979):

«Aus der Suche nach Materialien zu den Generalkapiteln der alten Congregatio Benedictino-Bavarica (1684-1803) stiess ich auf die Notiz im Repertorium der KL-Bestände des Hauptstaatsarchives München (B 3.16) unter Rott a.I, Nr. 100: «Aufzeichnung einzelner Fragepunkte im Provinzialkapitel zu behandeln 1786» ... Der Inhalt ist ein Brief und eine Beilage dazu, zwar von Jahre 1786, aber hat weder mit dem Benediktinerkloster noch mit der Bayerischen Kongregation etwas zu tun, sondern stammt aus dem Prämonstratenser Kloster Roth in Württemberg bezieht sich auf ein Provinzialkapitel der Circaria Suevica».

Porro in *An. Praem.*, I-VI (1925-1930), pag. spec. edita sunt *Capitula Provincialia Circariae Sueviae (1578-1688)* editoribus E. VALVEKENS-V. VAN GENECHTEN. Et hoc secundum textum documenti asservati in archivio abbatae Averbodiensis (sect. IV, nr. 46). Documentum hoc manuscriptum provenit ab abbazia Marchtallensi. Inscriptionem generalem hanc habet: *Capitula Provincialia Almae Circariae Sueviae ab Anno 1578 usque ad annum 1701. Collecta in usum Canoniae Marchtallensis. Pars Prima*. Exstitit antea pars altera huius Collectionis. Ignoratur autem an et ubinam de facto exstet nostris diebus.

In articulo supra indicato Dr. Siegmund indicationes momenti sane non despiciendi habentur relate ad Capitulum provinciale Circariae Sueviae de quo sermo non fit in Actibus Capitulorum Provincialium istius Circariae iam editis. Ideo utiliter annotantur, notis quibusdam additis, ex textu iam publicato in *Studien und Mitteilungen* ... (Gratias agendo P. Aegidio Kolb, monacho in monasterio O.S.B. in Ottobeuren (in Germania) qui textum articuli Dr. Siegmund nobis communicavit). Praecipuas partes articuli P. Siegmund publicantur in hoc Miscellaneo. Scribit proinde Dr. Siegmund:

«Es handelt sich um litterae des damaligen Vicarius generalis Circariae Sueviae, des Abtes von Roth³⁾, Willibald Held (1782-1789), der von 1783/89 der Leiter der Circarie war⁴⁾. Das eigentliche

³⁾ Cfr. nota 2.

⁴⁾ Cfr. nota 1.

Berufungsschreiben zum Provinzialkapitel auf den 4. Sonntag nach Ostern ging schon voraus mit der Weisung Beratungspunkte einzuschicken. Da sie aber nur zum Teil eingelaufen waren, ausserdem wegen Verhinderung eines Prälaten der Termin einen Tag verschoben werden musste, auf Montag, den 15. Mai, benützt der Vicarius gen. die Gelegenheit, eine Reihe von Punkten vorzuschlagen, die schon eingelaufen oder auch von seinem Kloster angeregt waren. Der Brief ist wohl von seinen Sekretär geschrieben, aber Ort, Datum und Unterschrift sind eigenhändig von Willibold eingesetzt; die 25 Punkte sind von einer 4. Hand geschrieben. Leider fehlt der Adresse; es ist zu vermuten, dass der Exemplar der Encyclica an eines der auf jetzigem bayerischen Boden gelegenen, der damals zur schwäbischen Circarie gehörigen Klöster gerichtet war, Roggenburg⁵⁾ oder Ursberg, und irgendwie aus dem Zusammenhang der Archivalien dieser Klöster geriet. Es ist aber unerklärlich, wie die beiden Stücke, die doch ganz klar von Prämonstratensern reden, unter die Archivalien des Benediktinerklosters Rott kamen. Der Name von Rott a.I. wurde im 18. Jahrhundert freilich oft auch Roth geschrieben.

In den Puncta werden an früheren Provinzialkapiteln genannt die von 1715 (P. 22), 1739 (P. 25), 1754 (P. 25), 1765 (P. 19), 1772 (P. 19) und 1775 (P. 17)⁷⁾. Wie viele mögen dazwischen liegen? Ein regelmäßiger Turnus konnte sicherlich oft nicht eingehalten werden, vor allem der vielen Kriegswirren wegen. An Orten werden genannt für 1715 die Canonica Sorethana (Schussenried) und für 1754 Marchtalli (Obermarchtal)⁸⁾. Für 1786 ist dem Schlußsatz des Briefes zufolge wohl Roth selbst anzunehmen⁹⁾.

Ein Teil der Punkte betrifft liturgische und rubrizistische Fragen; vom Vordringen des Geistes der Aufklärung geben nur wenige Punkte Zeugnis, besonders Punkt 21, die auch anderwärts Parallelen haben; hingegen dürfte einzigartig Punkt 18 sein über eine Art «Hausgeld» (*moneta ficta pecuniam papyraceam imitans*) rein für den internen Gebrauch, wohl ein Ersatz für *peculium*; in welchen Häusern man damit

⁵⁾ Roggenburg in Bavaria, in hodierna diocesi Augustae Vindelicorum (Augsburg). Cfr. N. BACKMUND, *Monasticon Praemonstratense* T.I. Straubing, 1949, p. 77-79.

⁶⁾ Ursberg sita erat in eadem fere regione et dioecesi ac Roggenburg. Cfr. N. BACKMUND, l.c., p. 86-88.

⁷⁾ Textus illorum Capitulorum hucusque notus non est.

⁸⁾ Schussenried (Sorethum), situm erat in hodierna dioecesi Rotenburgensi. Pertinebatque ad Circariam Sueviae. Cfr. N. BACKMUND, l.c., p. 83-85.

⁹⁾ Abbatia Marchtallensis (Obermarchtal) sita erat in dioecesi hodierna Rotenburgensi. Cfr. N. BACKMUND, l.c., p. 75-77.

schon günstige Erfahrungen gemacht hatte, wäre doch sehr interessant; doch könnten darüber nur Hauschroniken Auskunft geben. Ebenso bleibt unklar, um welches Memoriale des Abtes Nikolaus Gyr (1782/1806) von St. Lucius in Chur¹⁰⁾ (P. 23) und um welches Votum des Abtes Felix Kemmerle (1783/97) von Allerheiligen im Schwarzwald¹¹⁾ (P. 24) es sich handelt. Im letzten Punkt wird die Beitragsfrage angeschnitten und in den beiden ersten die Zusammenfassung bzw. Revision der Kapitelbeschlüsse, was auch z.B. in der Congregatio Benedictino-Bavarica eine wiederholte Forderung war und zu einer eigenen Sammlung der Generalkapitelbeschlüsse geführt hat; etwas Ähnliches könnte sich in Clm 24019 verbergen, aber offenbar nur für die Circaria Bavarica und in anderer Form im Hauptstaatsarchiv KL Praemonstratenserorden 5, ein alphabetisches Sachverzeichnis über General- und Provinzialbeschlüsse.

Sequitur deinde textus litterarum missarum a Vicario Generali Circariae, Held. Qui sic sese habet:

Reverendissimi ac Amplissimi Domini S.R.I. aliique Praelati Confratres honoratissimi!

Exspectans expectavi Monita, in capitulo provinciali communi deliberatione discutienda, necdum tamen ab omnibus, quod praestolabar, accepi. Quia vero non tantum terminus, communicationi dubiorum praefixus, pridem effluxit, verum etiam tempus capitulo provinciali assignatum appropinquat, nemo mihi vitio vertet, si rupta mora ea, quae partim mecum communicata, partim a meis mihi suggesta sunt, Vobis, Reverendissimi Domini Domini, ad praemeditandas concipiendasque Resolutiones hisce transmittito. Caeterum assignaveram quidem in nuperis meis Dominicam quartam post Pascha pro termino adventus: cum autem Quidam nostrorum Coabbatum, eo die domestica Sollemnitate quo minus iter aggredi possit, impeditus, enixe petierit, ut Dominicae dies sequens substituat, ei vel ideo deferendum censui, quod id et aliis gratum aut cer/(te) non incommodum fore existimaverim.

Die igitur 15 May seu feria II post Dominicam IV Paschatis ad Vesperam Reverendissimas Amplitudines vestras exspecto, omnes et

¹⁰⁾ Abbatia S. Lucii in Chur, sita in civitate Lucensi, in hodierna Helvetia. Cfr. N. BACKMUND, o.c., p. 68-70; Nicolaus Gyr, abbas fuit ann. 1782-1806; fuit ultimus abbas canoniae, quae finem habuit anno 1806. Cfr. N. BACKMUND, l.c., p. 69.

¹¹⁾ Abbatia Omnium Sanctorum (Allerheiligen) sita erat in hodierna dioecesi Friburgensi; Felix Kemmerle abbas fuit ann. 1783-1797. Cfr. N. BACKMUND, o.c., p. 65.

singulos ea Veneratione recepturus, qua sum et nunquam non ero Reverendissimarum et Amplissimarum Dignitatum vestrarum Rohti 11 April. Servus et Confrater addictissimus 1786 Willeboldus Abbas Vglis mppia¹²⁾

Die beigegebenen Puncta sind auf größeren blättern geschrieben!
Puncta in Capitulo provinciali die 16. et sequentibus Maij a.c. 1786 examini subjicienda.

I. Cum nulla ordinis nostri Canonica sit, quae omnia et singula in Statutis contenta ad amussim observet, an non eo connitendum sit, ut nova condantur, ab omnibus deinceps exacte observanda; vel utrum

II. Non saltem decreta Capitulorum provincialium ad minorem numerum, et uniformem observantiam redigenda sint?

II. Quomodo coercenda sit nimia Religiosorum cum personis saecularibus familiaritas? Et an non Statutum prohibens, ne alibi, quam in praepositis et domibus ordinis nostri recreationes Religiosis concedantur, interdicta in aedibus saecularium pernoctatione, innovandum sit?

IV. An non eandem ob causam accessus Religiosorum praesertim juniorum ad devotulas et filias confessionis in porta claustrali, quantum fieri potest coercendus sit?

V. Petit quidam Reverendissimus, renovari Statuta, quae Religiosis tam Expositis¹³⁾, quam Conventualibus omnem lusum pro pecunia prohibent:

VI. Item ut tam Officiales quam Expositi singulis annis computus fideles reddere denuo jubeantur: nec non

VII. ut maxima ab omnibus servetur uniformitas in vestitu, in cubiculorum ornatu, et in caeteris rebus, ad usum concedi solitis, omnisque prohibeatur puniaturque singularitas et curiositas, quae multorum abusuum ordinaria origo est./

VIII. An non distinctius explicari possit Intentio et Applicatio Missarum conventualium: obscura enim videntur verba illa: pro peccatis, pro Praelatis etc?

IX. An Missa hebdomadaria, seu illa quae juxta praescriptum ordinarii extra cursum Missarum celebranda est, necessario debeat esse Missa de Requiem: putant enim nonnulli, quod non solum pro defunctis, sed etiam pro vivis introducta sit?

¹²⁾ Cfr. nota 1.

¹³⁾ Expositi sunt religiosi qui extra Abbatiam ratione muneris sui, commorabantur.

X. An eadem Missa sine piaculo omitti aut differi possit?

XI. Utrum non placeat statuere, ut sub Sacro, quo Venerabile in ostensorio expositum est, omnes, qui eodem tempore ad aram faciunt, collectam de eodem Venerabili Sacramento, in festis quidem triplicibus et duplicibus sub distincta, alias autem sub eadem clausula cum prima et principali collecta assumant?

XII. An non Supplementa Missalis, nova festa S. Gabrielis et Patrocinij S. Iosephi, nec non usitatus Rotulus mortualis ob defectum Exemplarium denuo typis credenda sint?

XIII. Num Breviarium novum ordinis praemonstratensis, quod novissime e praelo Nancejano prodiit in lucem, a Nostratibus extra Galliam acceptari possit permittente Illustrissimo Dno Generali, et non obstante famosa Bulla Pij V.

XIV. *Quaestiones rubricariae.* a) An in Sabbathis Quadragesimae in Missa majore pro 2. collecta sumi debeat coll *Exaudi* / pro paenitentibus, quam ordinarius pag. 328 expresse praescribit, vel econtra illa de Beata *Concede*, in plerisque Directoriis tam antiquioribus quam recentioribus, imo in Directorio perpetuo annotata?

b) An in festo 7 Dolorum B.V.M. Hymnus *Memento* in ultima strophā sit terminandus per verba: *qui passus es pro homine*, prout in officio Supplementi antiqui praescribatur?

c) Quae oratio in ipsa octava S.P. Norberti ad Primam et Completorium dicenda sit, an *Deus, qui B. Norbertum* etc vel *Excita*?

d) An infra octavam Conceptionis B.V.M. occurrente festo 9 lect. post antiphonam finalem *Alma* dicendus sit V (= Zeichen für Versus) *Angelus Domini* cum collecta *Gratiam tuam*, vel ut habetur in Supplemento antiquo V *Ave Maria* cum Coll. *Protege*?

e) An non ab omnibus, vel saltem a pastoribus conformiter Decreto Episcopali Constantiensi propter abrogata quaedam festa specialis Commemoratio omnium Apostolorum in festo SS. Petri et Pauli, et omnium SS. Martyrum in festo S. Stephani adoptanda sit? et si ita, qualis antiphona, versus et collecta sumi debeant?

f) An non ad aliqualem distinctionem inter Abbates et Sacerdotes privatos placeat statuere, ut in officiis defunctorum, et Missis de Requiem pro Abbate defuncto sumatur collecta *Deus, qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum N. abbatiali fecisti dignitate vigere* etc pro aliis autem sacerdotibus coll. *Praesta quaesumus* etc? /

Cum autem Quaestiones isthae haud adeo magni momenti sint, et resolutionum executio nihil aliud postulet, quam ut deinceps

Directorium ad illas accomodetur, posset earum discussio et decisio, si ita Revdmis DD. Coabbatibus arridet, Dominis Prioribus et Consultoribus ea ratione relinqui, ut quod ipsi durantibus comitiis provincialibus in privato congressu resolverint, ad plenum consessum referatur, et a Reverendissimis vel approbetur vel pro re nata reformetur?

XV. Utrum non libeat ordinare, ut in quotidiana lectione spirituali non aliis libris uti liceat, quam pure asceticis et spiritum nutrientibus, exclusis historicis, panegyricis, Concionatoribus etc.?

XVI. Cum in quibusdam Canonis sermo S.P. Norberti in eiusdem festo solemniter in capite prandii, vel pridie sub collatiuncula a lectore mensae praelegi consueverit, an non idipsum observandum sit ubique?

XVII. An id, quod Capitulo provinciali de anno 1775 de Nona constitutum est, non sit immutandum ita, ut hora illa semper ante prandium cantetur quia plenus venter non studet nec orat libenter?

XVIII. An substitutio monetae fictae in locum munusculorum, quae per annum Religiosis conventualibus distribuuntur, iam in una alterave Canonica cum magno rei oeconomicae, et praesertim librariae emolumento usu recepta, non repugnet Voto paupertatis, adeoque (!) etiam in alias Canonias introduci possit? Est autem / haec pecunia ficta numisma seu signum quoddam, pecuniam papyraceam imitans, eo solo excepto, quod nullibi nisi in Abbatia et Prioratu certum pretium habeat, recipiaturque ad ea Religiosis procuranda, quae eis a monasterio ministrari non solent v. g. Tabaccum, libros etc.?

XIX. An non renovanda sint decreta de Studiis promovendis in Capitulis provincialibus de ann. 1765 et 1772 edita?¹⁴⁾

XX. Qua ratione aut temporis distributione fieri possit, ut plus temporis studiis impendendi lucremur, et iis, qui curae nostrae commissa sunt, procuremus?

XXI. Quibus econtra mediis impediri queat, ne exorbitans et saeculo nostro propria sentiendi libertas in nostra collegia irrepit, et utrum non omnibus Professoribus nostris severissime injungendum sit, ut antiquam sententiarum non modo Catholicitatem, sed et securitatem retineant, et illibatam conservent?

XXII. An non decretum Capituli provincialis ann. 1715 in Canonica Sorethana celebrati¹⁵⁾ de Examine exponendorum ad curam animarum

¹⁴⁾ Textus actuum horum Capitulorum provincialium nobis notus non est.

¹⁵⁾ Sorethum sive Schussenried. Cfr. supra, n.8. Textus Capituli, de quo in hoc puncto agitur, nobis notus non est.

renovandum et ita extendendum sit, ut ab eo nemo nisi Professores theologiae actuales, et Priores, immunis esse debeat?

XXIII. Quid ad Memoriale Revdmi D. Abbatis Sancti-Lucensis¹⁶⁾, et

XXIV. ad Votum Revdmi Sanctorensis¹⁷⁾ resolvendum, respondendumque sit?

XXV. Quoniam Canoniae remotiores Sanctorensis¹⁸⁾ et Bellelagiensis¹⁹⁾ alias pro suscipiendo Capitulo provinciali juxta turnum anno 1739 praestabilitum substituere et indemnes servare renuunt; Revdmus Urspergensis²⁰⁾ vero angustias loci causatur, an non symbola in Capitulo provinciali anno 1754 Marchtallj celebrato²¹⁾ definita, duplicanda vel triplicanda sit, tantundem etiam Vicario Generali, qui liber est, ex cassa provinciali conferente, ut reliquae Canoniae, in quas totum onus relabitur, eo facilius Capitulum provinciale in sinus suos recipiant?

Tandem notanda merentur ea quae A. Siegmund in fine addit. Remittit nos ad litteras abbatis Williboldi Held, abbatis Rothensis²²⁾, asservatis nostris diebus in Archivo Status pro Oberbayern (KL 692/6/2), sub registratione Consilii clericalis in Münden; agitur in iis litteris de electione novi abbatis in abbazia Steingaden, demortuo abbate Augustino Bauer, anno 1764. Consequenter ad circumstantias datas oeconomicas electio novi Abbatis locum non habuit, sed a Principe Bavariensi administrator abbatae constituitur prior abbatae, Gilbertus Michel. Scribit de hoc negotio abbas Held die 24 octobris 1784: «Nobis firmiter persuasum sit te nec votis Serenissimi nec muneri prioris satisfacere posse nisi et in spiritualibus simili potiaris auctoritate, nos tibi eam ipsam quae per Reverendissimi D. Augustini obitum ad nos devoluta est iurisdictionem et potestatem spiritualement eo effectum delega-

¹⁶⁾ Cfr. supra, n. 10.

¹⁷⁾ Abbatia Omnium Sanctorum. Cfr. supra, n. 11.

¹⁸⁾ Cfr. supra, n. 11.

¹⁹⁾ Abbatia Bellelagiensis (Bellelay), sita erat in hodierna dioecesi Basileensi, in Helvetia. Cfr. N. BACKMUND, o.c., p. 358-360.

²⁰⁾ Annis 1746-1771, Joseph Seitz abbas erat Urspergensis. Cfr. N. BACKMUND, o.c., p. 88.

²¹⁾ Textus huius Capituli provincialis nobis notus non est.

²²⁾ Cfr. supra, n. 1.

²³⁾ Abbas Bauer defunctus est anno 1784. Anno 1786 in abbatem electus est Gilbertus Michel, usque ad annum 1803, cum abbazia hoc anno suppressa fuerit; Abbas Michel decessit anno 1828. Cfr. N. BACKMUND, o.c., p. 53 s. — Qui apud Backmund dicitur Michle, hic vocatur: Michel.

mus, ut donec amotis impedimentis novus eligatur abbas Canoniam regere, disciplinam regularem sartam tectamque servare et ubi violata fuerit ordinationibus et correctionibus convenientibus restituere, officia et obedientias distribuere atque mutare et ea omnia pro bono Domus et Disciplinae necessaria aut utilia esse perspexeris agere valeas et respective tenearis adhibito tamen gravioris momenti seniorum aut saniorum consilio».

Notat P. Siegmund vi harum litterarum de facto locum dari speciali dispositioni abbatis Held iuridicae in Ordine, eo quod abbas Held hoc agere non posset vi suae positionis Vicarii Generalis in canonia Steingadensi, eo quod Steingaden non pertinuerit ad Circariam Suevicam, cuius Held Vicarius erat, sed ad Circariam Bavaricam, cuius tunc abbas Ioseph Gaspar, abbas in Neustift (Nova Cella)²⁴). Vicarius generalis erat.

Tandem, ex iis quae leguntur in Monito Commissionis Consilii clericalis, diei 28 septembris 1786, novimus Gilbertum Michel die 26 septembris electum esse abbatem Steingadensem (de facto erit ultimus abbas Steingadensis); canonia enim Steingadensis suppressa est anno 1803.

J.B. VALVEKENS

Rescriptum pontificium anni 1802

Perturbatio gallica, cum bellis inde exortis, pro pluribus monasteriis, ne dicam omnibus, in Gallia et Belgio actuali, finem attulit, saltem provisorie. Quod factum evenit post annum 1790. Canonici e monasteriis suis expulsi sunt et monasteria venditioni publicae sunt exposita. Canonici hac ratione depulsi, sese disperserunt per varia loca. Relationes vero vivas inter se, pro posse, retinuerunt. Spem semper servando de restitutione futura monasteriorum ad quae pertinebant. Abbate demortuo aud deficiente, «regentes» communitatis suae eligebant. Cum vero expulsio e monasteriis diuturna evaserit, et numerus canonicorum superstitum valde diminueretur, quaestiones novae et graves oriebantur. De facto, solummodo versus annum 1834-1835, vita communis restitui

²⁴) Abbatia Neustift (Nova Cella) sita erat in hodierna civitate Frisingensi. Annis 1775-1794 abbas ibidem erat Ioseph Gaspar. Qui Vicarius generalis Circariae Bavariae, ad quam pertinebat sua abbatia, fuit annis 1777-1794.